

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9403

Auteur(s) : Renaud, Le Mans (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1188

Lieu d'émission : Le Mans

Action juridique : notification

Description de l'original : Chirographe (cirographum)

Langue du texte : latin

Chirographe (cirographum)

Analyse

Renaud évêque du Mans confirme le don de Foulques Ribole à l'abbaye de Savigny.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 968, n° 275.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LXXVI)

Texte d'après A

R. Dei gracia Cenomanensis episcopus omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem. Notum fieri volumus tam presentibus quan futuris quod Fulco Ribole in perpetuam elemosinam dedit et concessit Deo et beate Marie et toti conventui de Saviniaco domum de Ramis cum universitate edificiorum cum omnibus pertinenciis ostensis abbati et monachis ejus et aliis ita tamen ut si quid infra terminos illius ostensionis continetur, quod ipse eis tradere non possit absolute et in pace competentem compensationem eis faciet de his que contigua sunt illi terre que ipse possidet, hanc autem elemosinam fecit in salutem anime sue et patris sui et antecessorum et successorum suorum ad conventum abbatie ibi constituendum, sed quoniam capitulum Saviniacense sine assensu generalis capituli cisterciensis nusquam instituere potest conventum, pepigerunt predicti abbas et monachi Saviniacenses prefato F. Ribole quatinus licentiam a capitulo cisterciensi si possent impetrarent ut infra festum Omnim Sanctorum ibi conventus institueretur quod si impetrare licentiam non possent a capitulo cisterciensi, domus illa cum universitate predictis monachis assignata ad predictum dominum F. Ribole et heredes ejus quiete et absque omni litigio rediret, verum quia locus ille inobs (sic) est vinearum concessit predictus miles ut per quinquennium integrum C summas vini singulis vindemiis predictis monachis conferret absque omni sumptu et labore eorum, excepto quod facient eas deduci in domim illam sumptas cenom. aut minus remotas sed quoniam decime terre illius assignate monachis Saviniacenses ad monachos de Cultura dinoscitur pertinere pepigit predictus F. quod redditum trium modiorum bladi monachis de Cultura singulis annis in compensationem reddet, quod si monachi de Cultura

compensionem (sic) predictam noluerint accipere sepefactus F. consilio domini Cenomanensis in hoc articulo stabit juxta utilitatem Saviniacensium monachorum. Concessit etiam sepelictus F. quod per duos annos licebit monachis molere annonam suam in molendino de Ramis et ipsi non dabunt molituram, interim autem dum conventus ibi non erit duo monachi presbiteri qui celebrent divina ibi erunt assidui et duo conversi. Actum publice Cenomani incarnationi Verbi anno M^oCLXXX^oVIII^o. Huic pactioni interfuerunt p. precentor et W. archidiaconus Cenomanenses magister, p. capellanus noster, Philippus et Hamo Cenomanenses canonici, I. de Passeis decanus, W. de Monce et plures alii.